



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Medvlla Theologiæ Moralis**

**Busenbaum, Hermann**

**Monasterii Westphaliæ**

Dub. II. Quotuplex sit juramentum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40957**

## D U B I U M II.

*Quotuplex sit juramentum?*

Resp. Divisiones aliquot communiter afferuntur, sed tantum accidentales, quæ speciem non mutant, ut in confessione distinguere non sit opus. *Suar. Less. hon. p. 2.* Itaque dividitur

*Primò.* In verbale, Reale, & mixtum; cum vide licet vel verbis fit, vel actione aliqua, ut unctione ditorum, contactu crucis, sceptri; Evangeliorum; vel & verbis simul; & actione corporali; unde vocatur juramentum corporale. *v. Bon. p. 2.*

*Secundò.* In invocatorium seu Contestatorium, & in Execratorium seu Imprecatorium. Illud est, quo Deus simpliciter, ut testis invocatur: hoc autem; quo non solum vocatur testis, sed etiam, ut vindicta; cum jurans se, vel alium dilectum, vel aliquid sui aut suorum, subjicit Deo puniendum, si falsum dicat: ut ita me Deus amet, adjuvet; puniat me Deus; faciat Deus, ut hinc nunquam sanus surgam; nec conjugem, nec liberos vivos hodie intuear; tollat me Deus subitanea morte; æternum damnet; super animam meam, &c. in quibus, quando falsò juratur, an sit cōjuncta altera species malitiæ contra charitatem sui; aut proximi, Scholastici controvertunt. Negat. *Suar. Valent. &c.* quia non solet quis, etiam amico suo tale malum ex animo imprecari, sed potius cogitat Deum non futurum esse. *v. Bon. di. 4. q. 1. p. 2.*

*Tertiò.* In Affortorium & Promissorium. Illud est, quo præterita vel præsentia affirmantur, aut negantur: hoc autem est; quo aliquid futurū pro-

r. it-

mittitur. Addunt aliqui Comminatorium; ut v.g. per Deum ego te cædam. Sed hoc referri potest ad promissorium. In confessione non opus est explicare; utrum per Deum, an Sanctos juratis: quia est ejusdem speciei malitia, cum jurans semper intendat Deum adducere in testimoniū, *Suar. Lefſ. c. 42. Lugo d. 16. n. 2 86.*

## D U B I U M III.

*An, & quando si licitum jurare?*

Resp. Juramentum, si debito modo fiat, licitum est. Est de fide. Et quidem est actus religionis, ut omnes docent. Tunc autem debito modo fit, cū in eo observantur hæc tria, 1. est judicium, quod exigit, ut cum discreto, prudentia, consideratione, ac reverentia, non sine necessitate, aut gravi causa fiat. 2. est justitia, quæ exigit, ut quod juratur sit res justa, licita, & honesta. 3. est veritas, ut nimis sit res vera, aut saltem ex gravitatione putetur esse vera; ita ut, prout ex defectu alicuius horum minor aut major in Deum injuria aut irreverentia redundare censeatur; ita quoq; majus aut minus committatur peccatum. *Vnde resolvitur.*

I. Quoad judicium, si hoc solum desir, ut plurimum est veniale tantum: ut si quis absq; necessitate juret, sive ex levitate quadam animi, sive ex consuetudine. *vid Sanch. l. 3. c. 6. n. 22. Lefſ.*

II. Mortaliter tamen etiam hic, aut venialiter peccari potest, juxta quantitatē negligentia, quam jurans admittit in investigatione veritatis, vel tollenda consuetudine. *Sanch. n. 10.*

III. Et sic mortalis est status illorum, qui non tol-